

I. N. J.

NUPTIIS FELICISSIMIS

*Nobilisf. Clarisf. & Excellentisf. VIRI,*

DN. GODOFREDI THILESII

*in Briestelwitz /*

*Philosoph. & Medicin. Doctoris*

*& Practici;*

*Nobilissimæq; & Lectissimæ Virginis*

MARIÆ,

*Nobilisf. Spectatissimiq; Viri,*

DN. DANIELIS SCHMIDII

*à SCHMIDEFELD,*

*relictæ FILIÆ;*

*Nobilisf. Amplisf. & Excellentisf. Viri*

DN, JOHANNIS SPREMBERGERI

*in Arnolds-mühle /*

*Phil. & Med. Doctoris, & Physici*

*Vratisl. Reipubl. Ordinarii*

PRONEPTIS,

*Prid. Nonas Decembreis*

*ANN, à Partu Virginis clo lcc LI.*

*in Maximâ Silesiorum*

*Solenni Christianorum Ritu,*

*celebratis,*

*ex Adfectu verè fido*


D. D. Q.

Trochæus

à

*M. Valent. Kleinwechtero*

*Gymnas. Magdal. Rectore.*

  
**C**orculum Phœbi THILESI, magna Celsi Gloria;  
Ecquid est, quod institutum Balthicas iter ad Pla-  
Ad Tui Musas, ab Arte nobiles, Avunculi, (gas,  
Præter omnem spem vocantis, expedire desinis?

Num satis Tibi, paterni post Laris fastidia,  
Et probata litteratæ Gymnados Pericula,  
Nostra quæ laudavit olim, laudat & nunc Magdalis;  
Plurimas vidisse Circos Urbium celebrium,  
Gentiumq; notasse Mores, & Meditrinæ decus?


Autumem sic Ipse, quando quattuor propè pensito,  
Quis peregrè besse constans Mens fuit, Trieteridas.

Uvidis Philyrea Pratis recreans Hermunduros,  
Et suos clarans ad Albim Witteberga Saxones,  
Primitus Patriis ab oris prodeuntem gessit,  
Plusculas nutrire Messes, & fovere sub sinu:  
Ceusuum Genitrix Alumnum fida nutrit, & fovet.  
Fotui Banzerus Ipse, Dux Medentium præfuit,  
Et sui curâ clientis, Nomen à victoriâ

Obtinens Schneiderus, almo nutrit Te Nectare,  
Quale Labris Æsculapi Germinum, Apollo ingerit.

Hi probarunt, ut calentes Sole vicino Plagas,  
Optimâ viaticatus Artium scientiâ,  
Gressuum tenax, adires: ut suo Te sisteret,  
Principum celebri Melampo, Brunsviga Goskio:  
Ut tuo Medici profectu, latus Hammonjæ foret,

1018384 Sangvinisq;



*Sanguinisq; sui Propagem de Sorore cerneret ,  
Gentis ornamen Silesæ maximum , Rumbaumius.*

*Lætus excipit Nepotem nobilis Podalirius ,  
Cujus in vultu sereno faustiter pubescere  
Se videbat , atq; Patrem : quem probâ Phycicum fide  
Nostra quondam Bresla, & Olsnæ prædicarunt Princi-*

*Lætiior Secreta , multis evoluta Nisibus , (pes.  
Pandit , & suis quot olim segregârat scriniis ,  
Dona vitæ prorogantùm Pharmacis , Mysteria :  
Pandit & compendiosas majus ad Decus vias ,  
Quas suo profectus ævo , gnarvus Ipse triverat .  
Ito, ait , pede faustiore , quò tua Indoles rapit ,  
Quò vocat Te culta virtus : & Medentùm Filiis  
Inclutis vitæ Monarchis , efferæ Dominis Necis ,  
Disfitis hinc indè in oris applicari querito.*

*Plurimum parat invidendæ Laudis , & Peritiæ ,  
Applicarier Peritis , & sub astra Laudibus  
Evehi Virtute visis . Quin & Illi cæteris  
Doctiores , & probatis aptiores usibus ,  
Plurimum videntur esse , qui catis commerciis  
Eruditorum , probantur erudita Nomina .*

*Prosperè res cedit ista , consilliq; ab Avunculo  
Vis , suo tenore perstat , poplitemq; provehit .*

*Itur ad fortes Batavos , per vireta Frisiæ .  
Quas ibi fovent Camenas , elegans Franekera ,  
Ampliorq; Bonis Groninga , ceu loco munitior ;  
Quas ibi Trajectus effert nuperis Honoribus ,  
Apparant se devovere Slesio THILESIO .*

Leida



Leida conciliat favorem nobilis Salmatii,  
Heinsii, Boxhorniiq; ; Nominum, quibus chorus  
Omnis asurgit Sororum ter trium, cum Praeside,  
Heurnii scitos Labores exhibet, quos pensitet  
Lance Mentis, & peritè cogitet, cum Pallade  
Expolitâ, rariores Phœbi agonas jungere,  
Quæ secat corpus, celebratum Arte Falckenburgium ;  
Omniumq; Matris ausûs milleformes, in fibris  
Arborum, Herbarumq; solers explicantem Vorstium,  
Ut Suos facere Ille possit ; quæq; Walæus, Nece  
Præpeditus inchoarat, ceu Tropæum cernere,  
Omnium misu petendum, fida Fotrix efficit.

Nè suis Enchusa Fama desit una Laudibus,  
Ad Paludani stupendum Dædaleum se vocans,  
Explicat, quæ repperiri, per soli omnes ambitus,  
Mira Naturæ sagacis visa sunt Mortalibus.

Hinc pedes flectentis acres ad Fluenta Teutorum,  
Quos supernè spectat Eos, Cura Casellis fuit,  
Constitos pulchrè per Hortos ire cum Combachio ;  
Ire, Strasburgi petitum grande Salzmanni sophos ;  
Dogmatisq; Sebifiorum providis attendere ;  
Rauracorum per Lycæa considerare, probantibus  
Patre Bauhino creati litterata Imemata.

Sed vocabat Tempus ipsum, cum Monentium Litteris,  
Et Scopus Profectionis ; Alpium post culmina,  
Splendida Oenotrii illa Coeli cernerentur Lumina :  
Quæ suo possunt Nitore Nisibus boni Ingeni,  
Nominiq; multum amœni scenerare Luminis.

*Pergit impiger satelles impigri Machaonis,  
Et moram citrà, salutat prisca Mœnia Antenoris,  
Hic suo Studii Labore, virvidâ Solertiâ,  
Et piâ Probitate Morum perplacet Silvatico,  
Ausa cui permagna Magni compararunt Nomina;  
Perplacet, Mindæ corusco Sideri, Veslingio;  
Antesignanis Medentium, quâ viget Paravi Charis:  
Visitat frequens Liceti, nobilis Fortunii,  
Eruditione rarâ personantia Pulpita:*

*Quæq; Marchettus docere jussus in Chirurgicis;  
Frigimelica quæ notare nisus est de Pulsibus;  
Quæ suis honora Danis Rhodius Molimina  
Suscipit, veterumq; solers Incubus, Ferrarius,  
Acriore Mente promit; condit Ille sedulo:  
Dum datur prodire, Gazas nobiles exponere  
Mentis, & Decus Tiaræ comparatum vertici,  
Laude cum summâ Theatri spissioris, sumere;  
Publicisq; consecrare fructibus Mortalium.*

*Hujus ergò, nè Medentium seire solum Dogmata  
Nemini queat mederi: quod Pedum quasi altero  
Claudicare est Eruditis, qui Meditrinæ integræ  
Crus volunt duplex tributum; Scire, & Experiri:  
Vitream Venetæ Urbis orbem sospes intrans, dissipit,  
Quâ Neci Arte illic, Necisq; Prodromis Viri imperent:  
Angelo Rotæ quid illic junctum Aromatarium  
Claret, atq; Marelianum Nomen inserat Polo:  
Quid paret Famam Valenzæ, Lufitanis edito.*

*Aduos, Verona, campos, fertiles frugum Plagas,  
Per-*

*Pergit, & Manum Ipse docto, Res ut est, Operi admovet.  
Ille de Castro vocatus Petrus, ad quem visere  
Sumat agrorum, nec unà dūctitet THILESIUM?  
Sic sibi carum, ut Laborum nuncuparet Nomini  
Illius celebre Pensum: quod malignas Febrium,  
Explicat perquam eruditè. Pona, Pimplei chori  
Arduum decus, & Sophia corculum, Franzosius,  
Quàm nihil volunt latere, quàm favent THILESIO!*

*Ipsa Roma septicollis Fonseca favoribus;  
Qui supremum jam tot Annis Præsulem mori vetat;  
Jungit ad venam Silesum. Quis de Puteo gerit  
Nobilis Nomen canendum; Mente Kirchnerus catà;  
Hellados Stator fugatæ præminens, Holstenius,  
Nobiles inter Quirites esse Doctorem volunt.*

*Plena Parthenope inquietis, ad Severini Otium  
Litteratum invitât ultrò, proditis de Viperâ  
Paginis: quales Apollo sublini jubeat cedro.  
Floridæ, ripas ad Arni Fluminis, Florentiæ  
Fabra Mœna; amœna Tempe Nobilis Bononiæ,  
Et salubris Aura Senæ; sic tenent foris Virum,  
Ut paret quoq; Galliarum cernere, & Britannia  
Ditibus Miranda Terris, & quod alluit, Mari:  
Horridi nisi tot Tumultus, & cruenta Prælia,  
Has viarum emetiendos Ambitus disuadeant.*

*Flectitur pes ad Tirolos Oenipontis Limites,  
Ut Melampus Aulteriorum Principum clarissimos,  
Artis Oswaldum potentis; & Siclum, claro magis  
Nomine, inclutum Cavalli, denuò videat, fidemq;*

*Italas*



*Italas dat amper oras, ve grato prædet.*

*CÆSARIS Vienna tandem perlubens Virum excipit,  
Et favore Mannagettæ, Kraftiiq; detinet :  
Dum redire Tempus urget, ad Penates Patrios.*

*Cur redux abire rursus cogites, tot flexibus  
Fausliter victis viarum? Sisto cursum. Sed meo  
Non opus Monito videtur. Jam stitisti, cum suis  
Figeret Te corde Ocellis, leta Morum, SCHMIDIA :  
Blandulis cum Te teneret implicatum Amplexibus,  
Nobilis Proneptis Illa Breslici Podalirii.*

*Nempè SPREMBERGERUS, olim Patriæ Medentium  
Inter insignes Virorum, postumi Germen Satūs,  
Gaudeat, si virvus extet, Conjugi Medico dari :  
Qui peritus Artis, omnem Germinum omnium Indolem  
Novit exactè, quibusq; destinentur Usibus.*

*Sorte Tu gaudens benignâ, conjugare fausliter  
SCHMIDIÆ Tuæ; Tuâq; letior Prosapiâ,  
Quam DEUS dabit, Diesq; cresce felix, Exteris  
Gratus, utilisq; caræ Patriæ Conciuibus.*

*Magna Laus, sibi parare Nominis Famam foris,  
Exterisq; prædicari. Res at est operosior,  
Major & Laus, comparatam Nominis Famam, Do-  
Rem gerendo, sic tueri, quò celebret Ævitas. (mi*

